vera infirmitate pro maiori minorennitate, suaorum legatio
ne intra vel extra Regnum militari servitio, ad munimenta
ad evictorem vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus
impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea
ultra quindenam a die actus praefati Castren Capitan Præmysliensis
terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones que
appellationes, ac earum prosecutiones faciendo. praemissaque
omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspen
sionibus fatalis Juris Prorogatione Terrae bello Conventione que
ac alijs quibusvis Juris remedijs et defensis non subter
fugiendo nec alio quovis modo evadendo. Ac suggessit sese
personali recognitione ac premissa omnia mediante.

Oswiecim consorti suae Advitalitatem inscribit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus 2015
Castren Capitan Præmyslien Generosus Simeon de Kunowa
Oswiecim sanus mente et corpore existens a Terris, Districti
bus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et
competentibus recedendo. Praesenti vero Castren Capitan
Præmyslien Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se
cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totali
ter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere
publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gene
rosae Constantiae Grabiowna olim Gnosi Joannis Grabia
de Zagórz Subjudicis Terrae Præmyslien cum Gnosa Cathe
rina de Bajowice Kuliczowska procreatae filiae Suae dno
Recognoscen Consorti Charissimae super omnibus generaliter
bonis suis haereditarijs et obligatorijs mobilibus et immo-

2140

bilibus summisq quibusuis pecuniariis nunc habitis et habendis, nec non auro argento, stanno, cupro, aere, orichalco, monilibus, ornamentis, margaretis, vestibus, vestimentis, pecoribus, pecudibus, equis, equitiis, totaq supellectili domestica in quacunq forma et materia existen nunc habiti et post haben advitalitatem et usum fructum, ad extrema vitae ipsius tempora inscripsit et concessit, prout inscribit et concedit praesentibus, tali videlicet modo. Quod si prius praefatum Dnosum Simeonem Osoiecium Recognoscen maritum, quam praedictam Gnosam Catharinam Grabiowna sui Recognoscen Contem mori et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Gnosa Grabiowna consors sua bona qualiter omnia haereditaria, et obligatoria mobilia et immobilia, resq suprascrias omnes, morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni eorundem iure, dominio, et proprietate, omnibusq et singulis bonorum eorundem, suprascriptarumq rerum, utilitatibus, fructibus, proventibus, reddituus, commodis, emolumentis et obventionibus attinen et pertinen generaliter universis tenebit, habebit et possidebit, ... pacifice uti fruetur ad extrema dumtaxat vitae suae tempora, post mortem vero eiusdem Gnosae Grabiowna Consortis suae extunc bona eadem suprascra omnia, ad Succores praefati Gnosi Simeonis Osoiecium mariti sui, sine ulla contradictione et impedimento Succorum praefatae Gnosae Consortis suae cum pleno eorundem bonorum iure devolventur. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante